

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

CCLXXXII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

CCLXXXII.

CONRADI COMITIS FURSTENBERGENSIS LITERÆ,
 QUIBUS DONATIONEM A PROGENITORIBUS SUIS
 MONASTERIO OMNIUM SANCTORUM FACTAM
 CONFIRMAT.

ANNO MCCCLXV.

Ex tabulario Fürstenbergensi.

CUNRADUS Comes de Fürstenperg notum facimus tenore presentium
 universis & specialiter omnibus, quorum interest vel intererit nunc
 vel in posterum. Quod ab olim progenitores nostri devotione moti eccle-
 siam parochialem ville Nuspach ad ipsos tunc jure domini vel quasi spe-
 stantem cum omnibus suis capellis & jure patronatus videlicet capella
 in Obernkirch & in Oberndorff ac etiam in Noppenau & in Ebersvilre
 cum omnibus suis fructibus & decimis ac juribus universis pro remediis
 & salute animarum suarum pro fundatione & dote & in dotem monaste-
 rii omnium sanctorum ordinis Premonstratensis in nigra silva Argenti-
 nensis diecesis donarunt & contulerunt, quodque ipsum monasterium
 omnium sanctorum supra memoratum super huiusmodi fructibus & deci-
 mis pro sustentatione fratrum inibi virtutum Domino famulantium ex-
 titit fundatum & institutum. In quorum evidens testimonium sigillum
 nostrum presentibus duximus appendendum, Datum in die festo beati
 Matthie Apostoli Anno Domini MCCCLXV.